

Conquisitores equitum vel peditum.

Kriegsrāht vnd Musterherrn.

M^Illibus è multis homines conquirimus aptos,
Ad certamen atrox, & graue Martis opus.
Atenera siquidem lanugine bella sequuti,
Nouimus anticipites sortis obire vices.
Fortia delectu dum cogimus arma superbo,
O procul hinc lites, & fauore esto procul.
Eligimus vigili quia corde fideliter omnes,
Quos Amor in pugnas, atq; iuuenta rapit.
Barbarus aduersis ubi Turca cohortibus instat,
Consulit in medium tempore quisq; suo.

Præfectus Cybarijs.

Der Proviantmeister.

D^Vlcia ieunis aduetto cibaria castris,
Exhaustas vires quæ reparare queunt.
Omnibus & potum quoq; fercula largior idem,
Atq; cibum pediti cuiq; ministro suum.
Evvarijs ferri regionibus omnia curo,
Commoda militibus quæ fore duco meis.
Dummodo non duris nos aspera rebus egestas
Vrgeat, aut capta sœuiat urbe fames.
Sollicitus numerum dextra subduco fideli,
Ut cito suppeditem quicquid abesse puto.

Cadu-